



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

LXXIII. Ad Melchiorem Langu[m] Ic.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

LXX.

Ad Macrum.

Multa audire, loqui, *MACER*, opportuna me-  
(mento:  
Aures hoc geminæ, lingua sed vna docent.

LXXI.

Ad Georgium V Virthum  
Medicum.

Aut nihil est Fortuna, aut impostura, quod aiunt,  
Est leuis. ô miseræ numen inane Deæ.  
Moribus ipsa suis fortuna cuique, *GEORGI*,  
Eingitur: inque manu sors jacet ipsa Dei.

LXXII.

Lazaro Salio Medico.

Sit bonus ut vir: opus, non longa, *LAZARE* vi-  
Sed clara, quemuis dixit habere Plato. (ta,

LXXIII.

Ad Melchiorem Langū IC.

Crux, ignis: mundus, fornax: aurarius ipse  
Sit Deus. ast aurum fusile, iustus homo.  
Quod vult, hoc facit ipse faber: si forsitan vrit,  
Fer patiens: purgat sic Deus ipse suos.  
Sordibus exuitur purgatum sæpius aurum:  
Quique fouet flammam, carbo fit ipse cinis.

C

Sic



*Sic tu peccati si vis quoque sorde carere,  
Vrere, LANGE: vetus dum cinere feat bon*

LXXIV.

E Græco.

*Tu licet occultes homines tua facta nefanda:  
Cuncta tamen Nemesis, quæ, facit, ipsa videt*

LXXV.

Ad Ioan. Fridericum

à Rhot EQ.

*Qui sibi proponit, nec perficit, hic sine numis  
Ludit: & illudit sic FRIDERICE B. p. 10.  
Si nescis, finis tandem, non pugna coronat:  
Tu benè propositum perfice, victor eris.*

LXXVI.

Ad D. Ioannem Baptistam

Veberum, Dominum Veifseburgi,  
& Grumbachij. Cons. Caf.

*Te quoque fama meas est collaudare Cameracæ  
Sapius ac de me splendida verba loqui.  
Tanta tuæ bonitas est, & sapientia mentis:  
O sidus patriæ, magne Vebere, domus.  
Iure mades, varioque togæ limatus es usu:  
Et tua Cecropia pectora voce madent.  
Scit benè, quæ tua sit facundia, curia regni  
Splendida Romani, Casareique fori.*

Mellirogæ